



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Confessio nostrae prauitatis cum inuocatione dei. Cap. 57

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

CONFESSIO NOSTRAE PRAVITATIS. &c.

dilecti tui, scilicet in presenti à seruitute diaboli, in futuro à pœna æterna, non vt careat præssura, sed vt fruatur paciētia, ideo subiungit. Et p̄o egredieris deus in virtutibus nostris, da nobis auxilium de tribulatione. Quonia ab ipso scilicet deo est patientia mea. Ad idem Hieremias: Maledictus homo qui cōfidit in homine. Benedictus vir qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et rursus: Tu noli timere serue meus Iacob, ait dominus, quia tecum ego sum, consumam oēs gētes ad quas eieci te, te vero non consumā, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

1. Pir. 6 XII § Pluribus tandem locis in Birgitta ad patientiam nos Christus inuitat. Mitto inquit amicos meos quasi milites in bellum, clypeum paciētiae debent habere ad latus, vt omnia patienter sustineāt. Si ego dominus eorum passus sum, nō mirum si & ipsi patiantur, non timeant, quia ego nunquam derelinquo eos, ideo si igne probetur, est ad eorum maiorem remunerationem. Et infra: Est utilissimum habere & petere patientiam, quia in diebus multorum qui nunc viuūt, sol dimidiabitur, stelle confundentur, sapientia infatuabitur, humiles in terra in gemiscent & audaces præualebunt. Et infra: Amici dei debent volui in mundo, nunc tribulatione spirituali, nūc temporali, tribulatio enim mundi est quædam præparatio & eleuatio ad coronam, etq; medicamentum & anthidotum humanæ infirmitatis. Nam vt homo timeat peccare, deus ostendit iudicia terribilia & immissiones per angelos malos.

3. Bir. 10. §. 4. in fi. 4. Bir. 12. §. 8. 4. Bir. 15. Psal. 77. Apoca. 3. Lucæ. 21. Iob. 2. XIII § Qui itaq; patienter suffert temporale malum sibi illatum, is non cetur esse in malo. Quonia altissimus aduersitatem passuro misericordiam promittit dicens, quia seruaisti verbum paciētiae meæ, & ego seruabo te ab hora tērationis quæ ventura est in orbem. Vniuersum tentare habitātes in terra. Ecce venio cito. Ego quos amo, arguo & castigo. Et in patientia vestra possidebitis animas vestras. Quare assiduis precibus clementissimum iudicem humiliter inuocemus, vt in omnibus persecutionibus, aduersitatibusq; nostris, quas deo propitio in exemplum iusti iudicij sui sustinebimus, salubrem patientiam & spontaneam tolerantiam misericorditer concedere dignetur, quo nobis huiuscemodi tribulationes in fructum digne cedant pœnitentiæ, nam si bona suscepimus de manu domini, quare igitur mala non sustineamus?

Confessio nostræ prauitatis cū inuocatione dei. Cap. LVII. Vamobrem supra descripta diuina iudicia nobis imminetia atq; vicina, deuotis ad deum orationibus nostris præcauere, vel saltem demulcere studeamus. Sine intermissione quidem orare debemus, nō solum toto conatu, sed etiam integro animo sobrie inuigilando, & indefinenter precibus incumbendo, vt vincamus hostes nostros, tum visibiles, tum inuisibiles, præcipue ipsi sacerdotes interpellent pro populo, cuius peccata comedūt, orentq; pro omnibus, quorum elemosynas & oblationes accipiūt. Sed in quantum afflictiones temporales, per orationes nostras, aut per intercessiones aliorum, à nobis auertere nequimus (prout timendum est) tunc ad dei iudicium subeundum humiliter nos præparare curemus, maxime nostram confitēdo culpam, à qua huiusce supra nos iudicia dependent, necnon inuocando deum, qui nos pœnitentes prius à culpa, deinde à pœna gladij & insultus malignorum hominum liberet, cæterasq; pœnas & plagas nobis imminentes mitiget, vel saltem in eis nos desperare non sinat, ad hoc nos angelo prouocante ac dicente: Adorate eum qui fecit cœlum & terram.

I § Sed quia futura pericula minime vel difficillime præcaueri possunt, teste Iob, qui more fragilis hominis optabat tempore diuinæ correptionis abscondi à facie iræ domini, quum diceret. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me & abscondas me donec pertransseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Hinc ecclesia canit: Quando veneris iudicare terram, vbi me abscondam à facie iræ tuæ? Hei mihi domine, quia peccaui nimis in vita mea quid faciā miser? quo fugiā nisi ad te deus meus? miserere mei dum veneris in nouissimo die. Igitur deus maximus specialiter implorandus est, vt sequitur.

In pri-

1. Theff. 5
De cōf. di. 1.
qn. & dist. 5
nunq.
Di. 36. c. fi.
1. q. 1. c. ipsi.

Apoc. 14.

Iob. 14

In vigilijs
defunctorum.

§. ca. 55. §. 9.
& j. c. 59. §. 2
§. c. 46. §. 10

§. eo. §. 6. &
j. c. 57. §. 15.
§. eod. §. 3. &
j. ca. 59. §. 7.
§. c. 43. §. 13.
& §. c. 54. §
8. & j. ca. 59.
§. 3 & j. c. 64
§. 1.

§. eo. §. 11 &
j. c. 59. in pr
§. c. 42. §. 5.
§. c. 55. §. 12.
§. c. 15. §. 35.

§. eo. §. 4 &
j. c. 59. i prin
§. eo. §. 9. i fi
§. eo. §. 6. &
j. ca. 66. §. 2.
§. eod. §. 11.
j. c. 58. §. 10.

j. c. 59. §. 1
j. eo. §. 3

§. c. 43. §. 2.

j. eo. §. 14
§. c. 49. §. 16
& j. eo. §. 6.

§. c. 54. i pr.

II § In primis studeamus nostra delicta cordiali & sacramentali confessione abluere. Pœnitentibus enim datur via iustitiæ. Hinc filij Israel, quum peccassent, & per negligentiam mandatū domini transgressi fuissent, atq; deliquissent, confessi sunt peccatum suum. Iosaphat quoq; dedit consilium populo, vt cōsona voce confiterentur domino. Hinc Dauid ad dominum: Confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et Sapiens: Aperiet os suū in oratione, & pro delictis suis deprecabitur, & in oratione cōfitebitur domino. Sic Esaias: Confitebor nomini tuo quoniam fecisti mirabilia, quia posuisti ciuitatem, id est ecclesiam in tumultum, & urbem fortem, vt pote Romam, in ruinam. Idem Esdras ad Iudæos inquit: Vos transgressi estis, & nunc date cōfessionem domino deo patrum vestrorum, & facite placitū eius, donec auertatur ira dei nostri à nobis super peccato hoc.

III § Post huiusmodi dignam confessionem assidue orandum est, iuxta exhortationem Apostoli dicentis: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc est acceptum coram deo, qui omnes homines vult saluos fieri. Exaudietq; orationes iustorum, Et cui humilium, & mansuetorum semper placuit deprecatio. Respexit enim in orationem humilium, & non spreuit preces eorum.

III § Suffragia deniq; cōmunia cum publicis processionibus, alijsq; sacris ceremonijs sunt exacte celebranda. Per pontifices quoq; & cæteros pastores, pœces ad deū fundendæ. Si quidem sacerdos olim pro omni multitudine filiorū Israēl rogabat lege præcipiente: Pontifex roget pro se & pro domo sua & pro vniuerso Israēl, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israēl & vniuersa delicta atq; peccata eorum. Et postquam obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit, tam pro se q̄ pro populo, dicendo: Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Mosen ita exaudiuit deus deprecantem pro populo, ne ipsum deleret. Nam bona est oratio cū ieiunio & elemosyna. Quocirca Thobias nos docet, dicens: Benedicite deum & coram omnibus viuētib; cōfitemini illi cū timore & tremore. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Conuertimini itaq; peccatores & facite iustitiam coram dño, credentes q̄ faciat nobiscum misericordiā suam. Hierusalem ciuitas dei, hoc est, ecclesia, castigauit te dñs in operibus manuū tuarum, confitere domino in bonis tuis & benedic deum seculorū vt reā dificer in te tabernaculū suum, quasi dicat, vt restituat dignitatem ecclesiasticam & honestatem vitæ quā perdidisti. Nempe deus ad preces fidelium promittit reformationē ecclesie non cum gladio, sed cum quiete pacifica. Proinde scriptura ait: Si omnipotentē fueris deprecatus, si mundus & erectus incesseris, statim euigilabit ad te & paratum reddet habitaculū iustitiæ tuæ. Harum precum & orandi effusio in sacris ecclesijs visitandis cōmodius fiet: ait namq; Salomon: Si agentes pœnitentiam & cōfitemini nomini tuo venerint & adorauerint ac deprecaturi te fuerint in domo hac, de notando templū, exaudi in cælo & dimitte peccatum populi. Super quo dñs. Si clausero cælū & pluuia non fluxerit, si mandauero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum, tamen oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationē eius qui in loco isto orauerit, denotando ecclesiam.

V § Tenor vero inuocandi dominum partim sequitur: O Iesu effice in nobis vt incertitudinem diei iræ tuæ vigilando & bene operando præueniamus, ne voluptatibus & vanitatibus pristinis vacantes, imparati subito inueniamur in illo. Et cū Catharina Senensi vnusquisq; dicat: Sicut immortalis deus est vita, sapientia, lux, reuerentia & infinita iustitia, ita ego sum mors, stultitia, tenebræ, tortuositas & iniquitas, vtinam finienda. Ad hoc propheta, domino deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ. Peccauius ante dominum deū nostrum, & non credidimus diffidentes in eum, & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuius vocē eius vt ambularem; in mādatis suis, & non audiuius vocem

Eccle. 17
Num. 5.
2. para. 20
Psal. 31
Eccle. 39
Esa. 25

1. Esdr. 10
1. Theff. 2
1. Tim. 2

Prou. 15.
Iudith. 9.
Psal. 101

Num. 15
Leuit. 16
Heb. 8

Psal. 34
Deut. 9.
Tobi. 12

Thobi. 13

Ca. Se. c. 36
Ioh. 8.

3. Reg. 8
2. para. 7

Thelospho.
Mat. 24.
2. Cog. 9
Catha. Sen.
oratione. 20
Baruch. 1.

CONFESSIO NOSTRÆ PRAVITATIS. &c.

- Baruch. 2. cem dei secundū omnia verba prophetarū, quos misit ad nos. Et infra: Peccauim⁹, ḡ. ca. 1. §. 6.
 Baruch. 3. impie egimus, inique gessimus in omnibus iustitijs tuis, auertatur ira tua à nobis. & j. in prin-
 Et nūc domine omnipotens, anima in angustijs & spiritus anxius clamat ad te, mi- cōclu.
 ferere nostrū, quia peccauimus ante te, & agglutinata sunt nobis mala, &c. Et psal-
 mista: Nō intres in iudicium cū seruo tuo, quia nō iustificabitur in cōspectu tuo
 omnis viuens. Ad tales, similesq; inuocationes nos pius pater inuitat, dicens: Inuo-
 ca me in die tribulationis, eruā te, & tu honorificabis me.
- Pfal. 142
 Pfal. 49 VI § Deinceps specialiter optare cōdecet, vt deus liberet nos à plaga gla- ḡ. eo. in pr.
 dij, alijsq; potius plagis nos submittat. Ex diuina quippe permissione crudeles ty & j. eo. §. 7.
 anni in oppressos gladio vtuntur, quasi ex furore & propria vi, ideo gladij pla- ḡ. ca. 73. §. 3.
 ga existimatur immitior reliquis plagis, quæ sunt in medio manū dei. A cuius ḡ. c. 35. §. 15.
 manu licet nemo nos eruere possit, quia nō habet superiorem, vnde quasi horri- & j. c. 70. i p
 bilius sit incidere in manū dei viuentis quā tyrannorū, à quorū potentia potest ḡ. c. 37. §. 4.
 nos liberare dñs, in cuius manu est omnis potestas terræ. Tamē leuius est onus do-
 mini quā tyrannorū. Nam circa diuinas plagas nō est abbreviata manus domi-
 ni vt saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius, vt nō exaudiat, sed iniquitates
 nostræ diuiserūt inter nos, & deū nostrū, & peccata nostra absconderunt faciem
 eius à nobis ne exaudiret, manus em̄ nostræ pollute sunt sanguine & digiti nostri
 iniquitate. Ideo die ac nocte grauata est super nos manus dñi, sed cōuertimur in
 erumna nostra dum configitur spina. Nempe dominus dedit Dauid optionem
 trium plagarū, videlicet aut pestilentia pati, aut fugere hostes, aut in eorū gladium
 incidere. Et respondit Dauid: Ex omni parte me angustia p̄munt, sed melius mihi
 est, vt incidam in manus domini, quia multæ sunt miserationes eius, quā in ma-
 nus hominū, vt pote quā si tradere in manū gladij. Hinc Iob ad dñm. Pone me
 iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me.
- Pfal. 31
 1. Para. 21 VII § Qualiter autem pro liberatione à manu hominū, orandū sit, aposto-
 2. Reg. 24 lus instruit dicens: De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo dei curat & clarifi-
 Daniel. 9. tur, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Idem Dauid precatus
 Iob. 17 est. Secundū multitudinē impietatū eorū expelle eos, qm̄ irritauerunt te dñe. Itē:
 2. Theff. 3 Ne simul tradas me cū peccatoribus, & cū operantibus iniquitatem ne perdas
 me. Sed libera me ab his q̄ oderunt me. Deinde vates docet orare, vt in alijs suble-
 uemur plagis, præsertim vt pro futuræ inundationis liberatione dicamus. Libera
 me domine de profundis aquarum, non me demergat tempestas aquæ, neque
 absorbeat me profundum, neq; vrgeat super me puteus os suū. Et rursus: Da no-
 bis auxiliū de tribulatione, quia vana salus hominis. Domine mitte manū tuā de
 alto, eripe me & libera me de aquis multis.
- Pfal. 5
 Pfal. 27 VIII § Saluator deniq; noster iubet, in omni tribulatione oratiōibus incū-
 Pfal. 68 bere, dicens: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Nescitis em̄ quā-
 Pfal. 107 do tempus sit, vt omni tempore orantes digni habeamini fugere omnia ista quæ su-
 Pfal. 153 tura sunt. Quinetiam ipse saluator proprio ore pro nobis deum patrem preca-
 tus est. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, non rogo vt tol-
 las eos de mūdo, sed vt serues eos à malo, nō pro eis rogo tantū, sed etiā pro eis q̄
 credituri sunt per verbum eorum in me.
- Matt. 24. & IX § Similiter & sancti sunt inuocandi pro intercessione nostrī. Siquidem
 c. 25. & 26 Eliphaz ad Iob dixit: Ad aliquem sanctorum conuertere, qui desuper clamauit:
 Marc. 15. 14. Misere mini mei saltem vos amici mei, id est sancti dei, quia manus domini teti-
 Luc. 21. 22 git me. Nam quemadmodum in ecclesia militantefideles pro inuicem orare iu-
 Iohan. 17 bētur, ita in ecclesia triumphante beati pro nobis intercedere perhibentur, quo-
 De venera- niā nobiscum sunt membra ecclesiæ, ideo iubemur esse inuicem benigni ac mi-
 tiōe sc̄torū. sericordes, donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit vtriscq; nobis, mi-
 Iob. 5. in pr. sericordiā, illis beatitudinē. Ecce ciues cælestes nobis donū misericordiæ & in-
 Iob. 19. tercessionis, viceuersa, nos mortales ipsis donum reuerentiæ & honoris debemus.
 Ephe. 4. Nempe deus, requirens sanguinem martyrum suorum, quotidie memoratur no-
 Pfal. 9 stri, nec obliuiscitur clamorem pauperum, quia vult in suis glorificari sanctis.
 2. Theff. 4 Si demundo iudicabunt, ergo multo potius intercedunt, siquidem iudicis est
 lites

I. ca. 60. §. 5.
S. c. 49. §. 24
I. eo. §. 11

lites dirimere. Multa corpora sanctorum surrexerunt cum Christo & apparuerunt multis. Ita coram deo pro nobis, inuocantibus se, procul dubio apparebunt. Erga sanctos igitur in caelis post Christum reponenda est singularis spes nostra. Quippe mirabilis deus in sanctis suis, per quos dat virtutem plebi Christianae, & loquetur pacem super eosdem sanctos. In quorum manu sunt gladij ancipites ad faciendam vindictam in nationibus, & alligandos reges & nobiles inimicorum nostrorum. Qui vocem sanctorum audient, id est, sentient eorum apud deum pro nobis intercessionem, digni carere gratia diuina. Nos autem habebimus fructum in respectu animarum sanctorum. Ipsi denique sancti exultabunt, quando nostri inimici inuentur confusione. Et quamuis beatorum in caelo poena desiderii, id est, compassio sit finita, tamen affectio desiderii, id est, charitas proximi in beatitudine durat, adeo quod ipsi coram diuina maiestate quotidie orant pro salute totius orbis. Quos etiam deus exaudiet, in quantum diuinae misericordiae non obuiamus cum nostris peruersitatibus. Birgittae reuelatum est, qualiter sancti pro nobis coram deo intercedant, dicentes. Nos videmus populum innumerabilem in periculo procillis perire, ideo rogamus te deum ut portum illuminare digneris, quatenus populus vitare sua pericula valeat, & iniquis gubernatoribus non parere, sed ad portum reduci lumine tuo benedicto.

S. c. 36. in pr
& J. c. 57. §. 2
S. c. 21. in fi.
S. c. 21. §. 11.

X § Ceterum Petrus praecipit, ut simus prudentes, & in orationibus vigilantes. Formam autem deprecandi atque exemplar nobis Azarias reliquit, cum potentem his appellando verbis. Iudicia vera fecisti iuxta omnia quae induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam, denotando ecclesiam, quia in veritate & in iudicio induxisti omnia haec propter peccata nostra. Peccauimus enim, & inique egimus, recedentes a te & delinquentes in omnibus, & praecipua tua non audiimus nec obsecrauius nec fecimus, sicut praeeperas nobis ut bene nobis esset. Ne quae sumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam a nobis. Ne confundas nos, sed fac nobiscum securum.

S. eo. §. 4 &
I. eo. §. 12. &
I. c. 61. §. 9
S. c. 52. §. 18
in fine.
& J. c. §. 11.
S. eo. §. 5. &
S. c. 56. §. 7.
S. c. 52. §. 16

XI § Daniel in super, ex Hieremie propheta intelligens desolationem ciuitatis Hierusalem, id est, ecclesiae modernae longe ante praenuntiatae, in persona nostra lugebat, orauitque ad dominum dicens, peccauimus, iniquitate fecimus, non obediimus seruis tuis prophetis, quae loquuti sunt in nomine tuo regibus & omni populo terrae. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei, quia omnis Israel, id est Christiani prauaricati sunt legem tuam & declinauerunt ne audirent vocem tuam. Hoc dictum Danielis intelligitur hodie de ecclesia & Christianis in typo per Hierusalem, & omnem Israel significatis. Sequitur in Daniele: Auertatur obsecro ira tua & furor tuus a ciuitate tua Hierusalem, & a monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra Hierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram.

S. c. 34. §. 10
S. eo. §. 9. §
S. c. 24. §. 7
S. c. 54. §. 7.
& J. ca. 64. §
4.
S. eod. §. 10.
& J. c. 58. §. 4

XII § Demum sumus memores, quemadmodum salui facti sunt patres Hebraeorum in mari rubro, & vna cum Machabeo, fratribusque suis clamemus in caelum, & miserebitur nostri dominus. Cum Iuda congregatus est exercitus & ascenderunt in montem Sion, quem vi occupabant inimici, & viderunt sanctificationem desertam & altare prophanatum, ideo plaxerunt placentum magno. Praeterea Iudas Machabeus & qui cum illo erant, inuocabant dominum ut respiceret in populum, qui ab omnibus calcabatur ab impijs, misereturque templo quod contaminabatur ab impijs, miseretur etiam exterminio ciuitatis, id est, ecclesiae, quae esset illico complananda, & vocem sanguinis ad se clamantis audiret, memorareturque iniquissimas mortes paruulorum innocetium & blasphemias nomini suo illatas, & super his indignaretur. Rursus dominum rogabant prostrati in terram ne amplius talibus malis inciderent. Sed & si quando peccassent, ut ab ipso initus corripere tur, & non barbaris ac blasphemis hominibus traderentur. Item orauerunt ut bonum angelum mitteret ad salutem Israel. Tandem Iudas extendens manus in caelum, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam, dixit autem, Nunc dominator caelorum mitte angelum tuum bonum

S. c. 94. §. 6.
& J. 63. i. pri.
S. eod. §. 10
S. c. 36. §. 7.
S. eo. §. 7
S. c. 49. in fi.
S. c. 55. §. 8.

ff. si. cer. pe-
ta. l. quidam
Matt. 27
Col. 1. i. prin
Psal. 67.
Psal. 84.
Psal. 149
Sap. 18. i. pr.
Sap. 3.
Psal. 131
Ca. Se. 4. &
c. 92. cum si.
3. Bir. 5

1. Petri. 4
Daniel. 3
I. eo. §. 11

Daniel. 9
Daniel. 9

1. Mach. 7.
2. Mach. 8
2. Mach. 10.
2. Mach. 11.
2. Mach. 15.



CONFESSIO NOSTRAE PRAVITATIS &c.

ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctū populum tuū. Pari modo & nos altissimū inuocare debemus, quoniam duplici spiculo ecclesia tempore nostra transfoditur vno quo pseudoprophetae insurgunt, decretaq; ecclesiastica cū blasphemia flocificiunt, altero q; membra Christiana per tyrannidem dissipant. Ecce praelia hostiū & seditiones seu opinioneshæreticorū. Prececur ergo deū, vt à blasphemis & pseudoprophetis, ac à tyrannorū insultu ecclesiam præseruare, necnon Christianos cum captiuos, tum de cætero molestādos redimere dignet. Christianis q; dem non licet aduersarios vincere in gladio, seu hostili crudelitate, sed prece, pacisq; ac patientia, qua tenebras iniquorū, non patrimonia inimicorū, expugnent.

Mach. 2 Tunc demū sperare possumus, quod deus cito miserebit nostri, & congregabit de sub cælo in locum suū, osq; eripiet de magnis periculis & locū nostrū purgabit. Inquit enim inuictissimus dominus apud Catharinā: Vos amici mei nō timeatis iniquorum persecutiones iniustas, ego nāq; pugnabo pro vobis, quibus mea diuina prouidentia non deficiet.

XIII § Præterea confiteamur atq; oremus cū Neemia, dicendo: Peccauimus, vanitate seducti sumus, & non custodiimus mandatū tuū, & cerimonias, & iudiciū. Memento verbi quod mandasti seruo tuo Moyfi, dicens: Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos, & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiamsi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & reducam in locū, quem elegi vt habitaret nomen meū ibi: Obsecro te dñe, sit auris tua attendens ad orationem seruorū tuorū. Postea conuenerūt filij Israel in ieiunio, & in sacco, & humus super eos, & steterūt, & confitebant peccata sua, & iniquitates patrū suorū, & quater in die & quater in nocte confitebant, & adorabāt dñm deum suum. Item alibi, dicentes: Domine deus creator terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus & omnipotens ac æternus, qui liberas Israel, id est, ecclesiam mysticam de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos, accipe sacrificiū pro vniuerso populo tuo, scilicet Christiano, & custodi partem tuā, & sanctifica, congrega dispersionem nostram, libera eos scilicet Christianos qui seruiūt gentibus vt pote Turcis, contemptos & abominatos respice, vt sciant gentes, q; tu es deus noster, afflige opprimentes nos, & contumeliam faciētes in superbia: O domine, libera Christianum qui iniuriam patitur de manu superborum & impiorum.

XIIII § Tandem ad placandam diuinam iram clementissimus deus Catharinam Senē, remedium docuit, dicens: Amici mei suis deuotis orationibus & ignito desiderio conent ligare manus diuinæ iustitiæ: Serui mei assumant lachrymas charitatis, quibus abluant maculatam faciem ecclesiæ, quæ isto remedio pristinam recipiet pulchritudinem. Et infra: Ab amicis meis expeto mugitum cum cordis anxietate super morte generis humani, quod ad tantam deuenit miseriam, vt exprimi nequeat. Ad huiusmodi mugitum & clamorem deuotorū, compellor ecclesiæ misericordiam exhibere. Vnusquisq; igitur oret ad deum cum eadem Catharina dicente: Domine mi dulcissime, misericordes oculos tuos ad populū istū gratiose conuerte, pariter & ad corpus ecclesiæ tuæ mysticū, quoniam maior tibi gloria cędet, parcēdo tantæ multitudini tuarū creaturarū, q̄ vindictam sumēdo de me sola noxia, quæ intantum maiestatem tuam offendi vt existimem me potissimam esse causam eorū malorū quæ nobis præparant, ideo precor vindictam de me sola sumas, & populo tuo parcas, ac misericordiam impendas. Et infra: O deus æterne, oculos tuæ pietatis tanq̄ bonus pastor ouibus tuis impende, misericordiamq; impartire mundo, qui iam totus deficit, ebrius proprio amore ac ieiunus à dei & proximi charitate.

XV § Talibus deuotis orationibus deus est flectendus, qui sæpe auertit à pœnitentibus suam diuinam iram. Cui Ninuiter per pœnitentiam restiterunt imponentes finem necessitati, quibus tunc sola iræ tentatio sufficiens erat. Ita clementissimus deus vbi nos emendauerimus & debitas orationes effuderimus, plagas nobis imminentes proculdubio demulcebit. Sapiens enim refert: Iram DEI non diu

& J. c. 59. § 4
 & J. c. 46. § 2
 & J. c. 62. § 19
 & J. c. 64. § 1.
 & J. c. 64. § 4.
 & J. c. 56. i. pri.
 & J. c. 65. § 6
 J. c. 5. § 13
 & J. c. 49. § 24
 & J. c. 56. § 2
 J. c. 60. § 2
 & J. c. 56. § 9.

& J. c. 49. § 20
 & J. c. 58. § 2
 J. c. 68. § 11

& J. c. 13. § 1 &
 J. c. 61. § 6
 & J. c. 5. § 4

& J. c. 5. § 12 et
 & J. c. 49. § 15

& J. c. 5. § 7

& J. c. in pri.
 & J. c. 53. § 5.
 18. & J. c. 56
 § 10. & J. c.
 59. § 9
 & J. c. 37. § 10
 & J. c. 27. in
 prin. & J. c.
 63. § 4
 & J. c. 32. § 4.
 & J. c. 58. § 7
 & J. c. 8. § 8
 & J. c. 56. § 6.
 & J. c. 12

§.c.15. §.27
§.eo. §.7 &
j.c.59. §.5.

non diu permāsurā quādo properās homo sine cōrela deprecat pro populis proferēs seruitutis suæ sicutū orationē. Iustus profecto deus bonū hominis timorem frequēter pro suę vindictę exequutiōe accipit, quā bonus dñs & cōfortās in die tribulatiōis & sciēs sperātes in se, & in diluuiō p̄tereunte cōsumationē faciet loci eius. Filij deniq; Israel viderūt opa dñi & mirabilia eius in profundo, & postq̄ dixit tūc stetit spūs procellę, & exaltati sunt fluctus eius. Et clamauerunt ad dñm cū tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos, & statuit procellā eius in aurā & siluerūt fluctus eius. Inuocemus ergo, ad oremusq; deū in omni humilitate, vt qui nostrā necessitatē, magis q̄ nos ipsi nouit, citius, anteq̄ pereamus, subueniat nobis spēm habentibus, nostrā humilē orationē nubes penetraturā, deoq; propinquaturam, neq; ab eo discessurā, donec altissimus nos clemēter aspiciat, vt cū propheta dicere possimus. Assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de iniuriis, quoniā omnia iudicia eius in cōspectu meo, & iustitias eius nō repuli à me, quāniam in te eripiar à tentatiōe, disciplina tua correxit me in finē.

Na. 1. 1
Psa. 106.

§.eo. §.3

De exemplis pristinaę plagę, quę nos à periculis futuris cauere docent.

Eccle. 35
Psal. 17

Cap. LVIII.

§.c.15. §.45
& j.c. 63. §.3

Exemplo discitur disciplina. Quare cōsiderandū est, quid in veteri testamento contigerit Iudæis, verba Hieremię & aliorum vatū p̄nuntiata spernentibus, & cum ignominia dicentibus, pax pax, & non erat pax, quod suas abominaciones in tempore visitationis suę corruerunt, & qui dixerunt, non appropinquabit, & non veniet super nos malum, illi in gladio mortui sunt. Altissimus autem ad ecclesiam illud vulgare prouerbium profert. Sicut mater, ita & filia eius, tu es filia tuę matris, scilicet synagoga, quę proiecit vix suum. Veteres quidem foderunt foueam ante faciem nostram, & inciderūt in eā. Cauemus igitur ne in eadem foueam, in quam antiqui ob sua delicta ceciderūt, nos pariter ob similia vel etiam maiora flagitia quādoq; cadamus, similesq; penas experiamur. Commune quippe prouerbium est. Casus demētis correctio fit sapientis. Item: Pulchre se castigat q̄ alterius exemplo se emendat. Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Requer. 24.
Hier. 8

§.c.46. §.13
& j.c. 10

I § Perscrutemur quid dominus p̄ prophetam ad literam olim Iudæis, & p̄ consequens hodie Christianis, per Iudæos p̄figuratis, minitatur, dicens. Ite ad locum in Sylo (quę ciuitas dudum erat destructa) vbi habitauit nomen meum à principio, & videte quę fecerim ego ei, propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, faciam domui huic, sicut feci Sylo, & proiciā vos à facie mea. Ista figura ecclesiā Christi, moresq; Christianorū hodiernos respicit. Hęc est enim gens quę non audiuit vocem domini dei sui, nec recipit disciplinam, perijt fides & ablata est de ore earum, ergo in desolatione erit terra. Similiter Phasur sacerdos percussus est plaga, qui in domo domini percussit Hieremiam prophetantem istos sermones. Sic Ioachim rex Iudæ, qui librum reuelationum scidit & combussit, p̄nam luit. Hieremias em̄ p̄dixerat, qui maneret in ciuitate, periret; qui autem fugeret ad Chaldęos, viueret, quia ciuitatem rex Chaldęorum esset expugnaturus, ideo principes Iuda quęsierunt prophetā interficere dicentes: De industria dissoluit manus virorum bellantium, quasi quærat malum ciuitatis. Cuius indigenis ipse vates retulerat domini nuntium dicēs: Conuertimini vnusquisq; à via sua pessima, & bona facite studia vestra. Sed ipsi non inclinauerunt aurem suam, idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego adducā super Iudam, & super omnes habitatores Hierusalem, vniuersam afflictionē quam loquutus sum aduersus illos.

Amos. 9
Ezech. 17
Psal. 56
Matt. 15

§.c.1. §.2 &
j.c. 5. §.5

j.c. 2. §. 1 p.
§.c. 57. §. 5.
& j.c. 5. §. 4
§.c. 15. §. 44
& §.c. 56. §. 9.
& j.c. ca. 59. §. 5

II § Quę admodū Iudæi olim à Sylo, ita hodie nos à plaga priorū ciuitatū exemplū sumere possumus, vt pote à Corozain, Bethsaida, Tyro, Sydone & Cappharnaū, de quibus in euangelio. Et maxime à ciuitatibus Sodoma, Gomorrha, & circūiacentibus. Vnde scriptura ait: Videntes plagas terrę illius, & infirmitates, quibus eā afflixerit dominus, in exemplū subuersionis Sodomę & Gomorrhę, Adamę & Seboim, quas subuertit dominus in ira & in furore suo, dicent, sicut fecit dñs terrę illi, & respondebunt, quia derelicti sunt.

Hiere. 7

Hiere. 20. &
c. 26. & 38
Hiere. 36.

Hiere. 38

Hiere. 35

§.eo. §.1

§.c. 35. §. 4.
& j.c. 5. §. 3.
§.c. 35. §. 5.

III § Quę admodū Iudæi olim à Sylo, ita hodie nos à plaga priorū ciuitatū exemplū sumere possumus, vt pote à Corozain, Bethsaida, Tyro, Sydone & Cappharnaū, de quibus in euangelio. Et maxime à ciuitatibus Sodoma, Gomorrha, & circūiacentibus. Vnde scriptura ait: Videntes plagas terrę illius, & infirmitates, quibus eā afflixerit dominus, in exemplū subuersionis Sodomę & Gomorrhę, Adamę & Seboim, quas subuertit dominus in ira & in furore suo, dicent, sicut fecit dñs terrę illi, & respondebunt, quia derelicti sunt.

Matt. 11.
Lucę. 10
Deute. 29